UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXVII. Markgraf Ludwig verkauft dem Heinrich, Gerhard und Nicolaus von Pervenitz Angefälle im Dorfe Kammin, am 2. October 1333.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55861

Visual Library

XXVI. Markgraf Ludwig verpfändet an Vromold Wutſick Hebungen in Grünrade, am 2. October 1333.

Sabbato poſt feſtum beati Michahelis in Munchberg, Obligauimus Vromoldo Wuttſikk ſuisque heredibus ſex fruſta reddituum precarie annue in villa dicta Grünenrod pro XX marcis argenti brandenburgenſis, tali condicione interpoſita, quod ipſe ſuique heredes debebunt et debent predictas ſex libras nobis aut noſtris heredibus in predictis viginti marcis, ſecundum certam ſcientiam officiati noſtri, qui tunc pro tempore fuerit, defalcare. Reſeruantes tamen nobis facultatem, dictam reddituum penſionem ſic quod ſingula percepta, ſolutione pendente, etiam defalcabit, omnimode, quandocunque decreuerimus, redimendi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I, C. 4 in qu.)

XXVII. Markgraf Ludwig verkauft dem Heinrich, Gerhard und Nicolaus von Perveniß Angefälle im Dorfe Kammin, am 2. October 1333.

Eodem anno, ſabbato poſt michaelis, in Müncheberg. Contulimus henrico, Gerhardo et nycolao, fratribus de Berwenitz in ſolidum et manu conjunctam ſeu coadunata eorumque veris heredibus ſucceſſionem ſiue deuolucionem reddituum ſiue bonorum ſubſequentium ex parte quarundam viduarum ad nos deuoluendam, videlicet quatuordecim fruſta denariorum brandeburgenſium in villa dicta kemitz ſita cum jure patronatus et omnibus ſuis iuribus, pertinenciis, honoribus, gratiis et commodis, eiſdem bonis pertinentibus ex antiquo, ſine impedimento pacifice poſſidenda, precaria ſiquidem dextrarii vna cum curruum ſeruicio ceteriſque iuribus et conſuetudinibus nobis in eiſdem bonis competentibus omnimode reſervatis. Pro qua quidem collacione nos ab eiſdem fratribus XL$^{a.}$ marcas argenti brandenburgenſis expedite pecunie recognoſcimus recepiſſe. Teſtes ſunt honorabilis et glorioſus vir frater heinricus de zupplingin, ſtrenuique viri albus humel de Liechtinbergh, diepoldus Guzze, hermannus de wolkow, milites, cum aliis fidedignis.

Aus dem Leipz. Copialbuche d. B. Landsberg fol. 23, No. IV.